DIATRIBAE ANTIQUARIAE

# DE MORTE BACCHI

*PARTEM SECUNDAM*

EXHIBET

SIMULQUE

*SOLEMNIA*

CONFERENDAE UTRIUSQUE LAUREAE

DIE XVII. OCTOBRIS MDCCCXII.

PHILOSOPHIAE ET ARTIS POETICAE CANDIDATIS

INDICIT

*CHRISTIANUS AUGUSTUS [redacted]*

PHILOS. DOCT. ET ANTIQUITATT. PROF. ORD. ORDINIS [redacted]
IN [redacted]ENSI H. T. DECANUS.

VITEBERGAE

LITERIS CHRISTIANI HENRICI GRAESSLERI
ACADEM. TYPOGRAPHI.

12.

## CONTINUATIO.

Sed redeamus rursus, unde deflleximus. Euphorionis ergo, a quo hic noster fluxit sermo, hunc versum allegat Scholiastes Arati Phaen. v. 172. Τῃ ταυροκέρωτι Διονύσῳ κοτέσασα· Iuno videlicet, quae privigno suo longam illam insaniam obiecisse narratur, Rheae matris curatione levatam Athen. V. 32. p. 276. T. II. quem locum ita interpretatur Manso (*Vermischte Schrift.* P. II. p. 356). plane ut eum ignorasse arbitrer, quae de hac re Plato scripserit (de legg. II. p. 672.) et reliqui mythographi. Suidas: Υης, ἐπίθετον Διονύσου, ὡς Κλείδημος· ἐπειδὴ, φησὶν, ἐπιτελοῦμεν τὰς θυσίας, καθ' ὃν ὁ θεὸς ὕει χρόνον· Ἀριστοφάνης δὲ, addit Photius p. 452., συγκαταλέγει θεοῖς ξενικοῖς τὸν Υην. etsi id quidem alius alio modo tradidit. Ex eo etiam Hesychii glossa Υεὺς Σαβάζιος et Υῆς Ζεὺς Ομβριος, quorsum pertineat, ante oculos est; tumque eadem inductus opinione Scholiasta Aristoph. Avv. 873. ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος (Σαβάζιος) καὶ Υας καὶ Εὔϊμος, sive, ut est in vett. editt. Εὔβαιος, quod Toupius (Emendt. in Hesych. p. 126. T. IV.) in Ευαῖος mutandum censuit, Vossius, qui de his rebus acutissime scripsit (mythol. Br. T. II, 3.) tanquam si nihil obstaret, sub vexillo retinuit; mihi Εὔϊος vel Εὔσιος legendum videtur, ab εὐοῖ, ut Lacones pro εὖ σοὶ *(bene sit)* dixisse auctor est Etymol. M. p. 391. 10. quod Baccho ob inventum tympanum (ῥόπτρον enim scribendum est pro κάτοπτρον) acclamatum fuisse Arignote tradit ap. Harpocr. p. 132. Quanquam Euripides (Bacch. 124. 59.) a Corybantibus pri-

mum in ſacris magnae matris uſurpatum fuisſe ait, ab hac autem acceptum Satyros ad bacchicos choros transtuliſſe [1]. Photius: Ὕης, Σαβαζίου ἐπίκλησις. Hac ratione Nonnus L. 22, 276. Bacchum invocat: Υἱὲ Διὸς ζείδωρε — καὶ γὰρ ἀνάσσεις Ὄμβρου καρποτόκοιο. pariterque 10, 297. Ζαγρεῖ πόρες, προτέρῳ Διονύσῳ — Καὶ βροντῆς κελάδημα καὶ ἠέριον χύσιν ὄμβρου, Καὶ πέλε δεύτερος ἄλλος ἔτι βρέφος ὑέτιος Ζεύς. quos quidem omnes graecis etymologiis niti apertum est. Sed expediamus nos his grammaticis quaeſtiunculis, nosque ad univerſi huius generis explicationem conferamus, quod per omnem antiquitatem fuſum, multisque et ſacris et ceremoniis publice privatimque celebratum fuit.

Namque Hyes, Sabazius, Zagreus denique et Iacchus ad eundem omnes deum pertinuerunt, cuius cultum Graecos a Thracibus, Phrygibus, reliquisque orae propinquae gentibus accepisſe, multis indiciis intelligitur. Hi enim, quoniam cum matris nomine materni quoque affectus et intentisſimae curae notionem comprehendimus, naturae illi, mundi conſervatrici, providaeque omnium utilitatum ac neceſſitatum, matris et nomen et vim et ſpeciem tribuêre; eique deinde, quoniam generandi vis et educandi ſollertia maxime in felici liberorum proventu cernitur, liberorum progeniem adiunxerunt, velut Iſidi Horum, Cereri Liberum Liberamque, Magnae Matri Iovem, Sabazium et Atten [2]. Haec Artempaſa Scytharum, haec Derceto Syrorum, haec Alitta Arabum, haec Aſtarte Phoenicum, quarum omnium una eſt generandi et ſervandi notio, eademque apud alios Venus Urania, Iuno Cae-

1) V. 131. Παρὰ Μάτερος ἐξανύσαντο θεᾶς — *impetrarunt*; emendationibus nihil opus eſt. In transcurſu attingam Heſychium Ἔναστρος ὥρα Μαινάς. Ἀχαιὸς Ἀλφεσιβοίᾳ, ἀντὶ τοῦ Ταῖς, τὰς γὰρ Βάκχας Τάδας ἔλεγον. Cetera bene Kueſterus; illud perperam, quod Maenades ἀστροβλήτους intelligit, quod ne quis facere poſſet, idcirco poeta ἔναστρον vocavit i. e. τὴν ἐν ἄστροις, ſicut Aeſchylus (Athen. XI. p. 510. T. IV.) Pliades, ſignum, ἀπτέρους πελειάδας

2) Horti Adonid. p. 25. b. Ἄττα, ἐπίφθεγμα τιμητικὸν νεωτέρου πρὸς παλαιότερον, παρὰ τὸ πάππα, ἄππα, ἄσσα (dele hoc), ὃ δηλοῖ κατὰ Μακεδόνας τὸν πατέρα. ex Etym. M. 167. 30. qui quod tradit Dionyſum Ἄτην vocari, ἀπὸ τῆς γινομένης ἐκ τῶν Τιτάνων εἰς αὐτὸν ἄτης p. 163. 50. vitioſam lectionem Ἄτης pro Ἄττης non incallide, ut grammaticus, interpretatus eſt. — Euſtath. p. 565. 4. Rom. Ἀρριανὸς λέγει ἐν τοῖς Βιθυνιακοῖς, ὅτι ἀνιόντες εἰς τὰ ἄκρα τῶν ὀρῶν οἱ Βιθυνοὶ ἐκάλουν Πάπαν τὸν Δία καὶ Ἄττιν τὸν αὐτόν. Proculus Paraphr. in Ptolem. Tetrab. II. 4. p. 97. Δι' ὃ οἱ ἐν ταῖς χώραις ταύταις (Phrygia, Bithynia, Cappadocia) σέβουσι μὲν ὡς ἐπιπολὺ τὴν Ἀφροδίτην ὡς θεῶν μητέρα, διαφόροις καὶ ἐγχωρίοις ὀνόμασιν ὀνομάζοντες. Ὁμοίως τὸν τοῦ Ἄρεως, καλοῦντες αὐτὸν Ἄδωνιν κ. ἄλλοις τισὶν ὀνόμασιν, καὶ τινας δὲ τελετὰς μετ' ὀδυρμῶν ἐπιτελοῦσιν αὐτοῖς.

lestis, Dea Mater et Cybele vocata [3]). Quam Graeci modo Vestam, modo Tellurem, tum Cererem etiam et Rheam appellarunt, quarum alteri Iovem puerum, alteri Liberum patrem adiunxerunt [4]), non illum Semelae filium, sed superiorem dico, frugum et fructuum, quae terra foetu producuntur, reportorem [5]). Quem Plutarchus (de Isid. p. 356.) non vini solum, sed omnis liquoris (πάσης ὑγρᾶς φύσεως) auctorem facit, nimio quidem hic progressus. Quis igitur dubitet, si veteres in humore procreandi vim inesse putarunt, hanc caussam fuisse, cur Dionysi nomine succulentam frugum ubertatem consecrarent? Ita Schol. Arat. Dios. v. 536. καὶ οἱ παλαιοὶ τὸν Διόνυσον τῇ Δημήτρᾳ συγκαθιδρῶσαν [6]), τὸ γόνιμον τῆς ὑγρότητος αἰνιττόμενοι. Quam sententiam Hippo Rheginus (*v. Meiners Gesch. d. Wissensch.* T. I. p. 749.) acceptam a Thalete uberius explicuit, qui fusum in omni natura humorem (ὕδωρ γονοποιόν) gignendi caussas in se habere affirmavit v. Her-

A 2

3) v. *Fr. Schlegel über die Sprache u. Weisheit der Indier p.* 120. *Meiners Gesch. d. Relig. T. I. p.* 380. De re ante oculos posita suo more disputavit *Fr. Creuzer Symbolik. T. II. p.* 17.

4) Pind. Isthm. VII. 3. Χαλκοκρότου πάρεδρον Δάματρος Διόνυσον. Hesych. Χαλκόκροτος ἡ Ῥέα διὰ τὰ κύμβαλα. Sed in Cererem quoque hoc nomen cadere significat Velleius I. 4. *Huius classis cursum directum, nocturno aeris sono, qualis Cerealibus sacris cieri solet.* Inde Schol. Nicand. 485. Cererem Ἀχαίαν dictam censet, ἀπὸ τοῦ κτύπου τῶν κυμβάλων καὶ τυμπάνων, τοῦ γινομένου κατὰ τὴν ζήτησιν τῆς Κόρης. Plutarchus contra de Is. p. 489. T. V. *Reisk* ὡν διὰ τὴν τῆς Κόρης κάθοδον ἐν ἄχει τῆς Δήμητρος οὔσης· quo in loco pro οἱ Βοιωτοὶ τὰ τῆς Ἀχαίας μέγαρα κινοῦσιν Spanhemius μεγαλάρτια κινοῦσιν, Toupius μέγαρα νικῶσιν reponit; uterque male. Sic *sacra movere orgia naturae* Columell. de Cult. Hort. v. 278. *Moveri sacra dicebantur cum solemnibus diebus aperiuntur templa instaurandi sacrificii causa* Serv IV. 301. v. Burmann. ad Valer. Fl. III. 230. *Arcana movere* v. Ian. Gebhard. Crepund. II, 5. 418. Parum luculente Valckenarius ad Herodo VII. p. 500.

5) Hunc Liberum Romanos constat cum Cerere et Libera consecravisse; cuius religio admirabile est quam diu retenta fuerit. Vita MS S. Stephani (ap. Du Cang. Gloss. Gr. p. 229.) Ὁ δὲ Φερώνυμος βασιλεὺς (Copronymus) τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ Βρουμαλίων ἐκτελῶν ἑορτὴν δαιμονιώδη, Διόνυσον κ. Βροῦμον εὐφημῶν (ἀνευφημῶν) τῶν σπερμάτων καὶ τοῦ οἴνου γενεσιουργόν. Suides: Βρόμιος ὁ Διόνυσος, ὁ γενεσιουργὸς τῶν καρπῶν, παρὰ τὸ βορά.

6) Aptius fore credo συγκαθιδρῦσαν. Plutarch. Praecept. Conj. p. 523. T. VI, τὸν Ἑρμῆν τῇ Ἀφροδίτῃ συγκαθίδρυσαν. Dio Chrys. Or. XII. p. 373. οὐκ ἀπαξιώσαντες αὐτὴν συγκαθιδρῦσαι τῷ θεῷ. Iulian. O. IV. p. 150. Μόνιμον αὐτῷ καὶ Ἄζιζον συγκαθιδρύουσι. Athen. XIII. 12. p. 26. T. V. Συνιδρῦσθαι αὐτὸν (τ. Ἔρωτα) Ἑρμῇ κ. Ἡρακλεῖ.

mias Irrif. Phil. p. 215. *ed. Worth.* Et ad hanc eos opinionem ipfa ducebat verborum cognatio, quando ὕω (fuo, fundo) ὕμα (humor) ὕδωρ, υἱός, φύσις, ab una ftirpe progenita effe, literarum affinitas docebat v. Menag. Amoenitt. Iur. III. 10. Herodianus ap. Etym. M. Ἄρσην, παρὰ τὸ ἄρδω, τὸ ποτίζω. ὁ γὰρ ἀνὴρ τῇ γυναικὶ ἐπαρδεύει. ὁ ἄρδων τὴν θήλειαν. Similiter Ariftodemus[7], quemadmodum fcriptum est apud eundem grammaticum p. 277, 44. Dionyfum a pluendo nomen habuiffe refert, licet huic exquifitior ratio defuerit. Sed grammaticos ludere finamus. Pofteaquam vero Ceres cum Rhea quafi confundi coepta eft, magna etiam nominum illorum confequuta eft confufio, ac modo Bacchum, modo Jovem, modo Attinem, qui omnes ferebantur Rheae alumni, his nominibus nuncuparunt, non ita pridem ad Graecos translatis. Quam ad rem nihil illuftrius afferri folet Demofthenis loco (de Cor. p. 314. Reisk.) cuius fingula verba fingula teftimonia esfe posfunt. Audiamus. Ἀνὴρ δὲ γενόμενος τῇ μητρὶ τελούσῃ τὰς βίβλους ἀνεγίνωσκες καὶ τἄλλα ἐσκευώρου, τὴν μὲν νύκτα νεβρίζων[8]) καὶ κρατηρίζων[9]) καὶ καθαίρων τοὺς τε-

7) In libris Thebaicorum, nt erbitror v. Valcken. ad Phoeniff. p. 732.

8) Photius p. 313. Νεβρίζων — οἱ μὲν ὡς τοῦ τελοῦντος νεβρίδα ἐνειμένου (l. ἐνημμ. v. Schleusneri V. Cel. Cur. noviff. p. 259.) ἢ καὶ τοὺς τελουμένους διαζωννύντος. Atque initio quidem hoc religiofum cingulum confecratis ornamenti cauffa et quo firmins facrorum perceptorum retinerent memoriam, tributum fuiffe conjicio; poft autem, auctis ceremoniis, ambitiofos myfteriarchas rei dignitatem exaggeraffe altius. Pars igitur ad Leucotheae referre redimiculum, quo ut Ulixes naufragus ad terram enataffet, ita huius quoque praefidio tutos fore fpondebant initiatos. (Schol. Apoll. I, 917.) Alii furtivos Sabezii amplexus (Clemens Adh II, 14) alii, vinculum orbis, Oceanum, (Orph. Fr. VII. 371.) finuofis facri cinguli flexibus fignificari volebant; quo ex genere ferebantur duo Orphica carmina Καταζωστικὸν et Ἱεροστολιστικὸν (recte dicitur ἀποστολικὸν et ἐπιστολικὸν, ἱεροστολικὸν non item) uno haud dubie ambitu comprehenfa, unde defumtum effe arbitror Fragm. VII, totum:

Ταῦτά γε πάντα τελεῖν ἱερῇ σκευῇ πυκάσαντα.
σῶμα (l. σῆμα) θεοῦ πλάττειν ἐριαυγέος ἠελίου·
πρῶτα μὲν ἀργυφέαις ἐναλίγκιον ἀκτίνεσσιν
πέπλον φοινίκεον πυρὶ εἴκελον ἀμφιβαλέσθαι.
αὐτὰρ ὕπερθε νεβροῖο παναιόλου εὐρὺ καθάψαι
δέρμα — ἄστρων μίμημ', ἱεροῦ τε πόλοιο.
— — ζώνη δ' ἄρ' ὑπὸ στέρνων, ἀμετρήτου
φαίνεται ὠκεανοῦ κύκλος, μέγα θαῦμα ἰδέσθαι.

Reliqua adfcribere nihil neceffe eft. Simiter Philo *de monarch. II.* p. 823 E. 59. fummi pontificiis tunicam aeris fymbolum effe voluit, de cuius veftitu notum eft quam multa philofophati fint Iudaici doctores V. Braun. de Veft. Hebr. L. II.

λουμένους, ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις τοὺς καλοὺς θιάσους ἄγων διὰ τῶν ὁδῶν καὶ βοῶν εὐοῖ σαβοῖ καὶ ὑπορχούμενος ὕης ἄττης, ἄττης ὕης, ἔξαρχος καὶ κιττοφόρος [10]) καὶ

c. 6. p. 873. De nebride autem Diodor. L. I. 11. p. 34. φασὶ δέ τινες καὶ τὸ ἔνιμμα αὐτῷ (Baccho ſivo Soli, quos quaſi eosdem eſſe volunt), τὸ τῆς νεβρίδος, ἀπὸ τῆς τῶν ἄστρων ποικιλίας περιῆφθαι, quod et Nonnus arripuit (L. XIV, 139.)

Οἱ δὲ τανυκραίρων ἐλάφων, ἀντίῤῥοπον ἄστρων,
ποικίλον ἐν στέρνοισιν ἀνεζώννυντο χιτῶνα·

— τὸ σύμβολον, inquit Euſtath. p. 1910. 20. καὶ ἡ παρδαλῆ ἦν, ἣν ἡ αἰνιγματικὴ φιλοσοφία φόρημα τῷ Διονύσῳ δίδωσι. Adeo nihil dubitabitur, inter Graecos quoque fuiſſe, qui ἱεροστολιστῶν munere fungerentur, inprimisque in ſacris opertaneis — Καθάπερ τὰ ἱδρύματα, οἷς περιέβαλλον αἱ τελεταὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πέπλους, ταύτῃ ἀποσεμνύνοντες αὐτῶν τὴν προσδοκίαν Maxim. Tyr. diſſ. X. p. 176. Reisk. *In nono loco Mercurius cum Saturno ab horoscopo pariliter conſtitutus prophetas aut vestitores divinorum ſimulacrorum faciet.* Matern. Firm. Aſtron. L. III, c. 11. p. 74. *ſacerdotes aut prophetas, deorum veſtitores* ib. c. 14. p. 78. Purpura autem, quae eſt ſacerdotalis decoris inſigne, tinctum fuiſſe initiatorum cingulum, idem, quem ſupra nominavi, tradit grammaticus; cuius et cognatorum colorum maximus fuit in myſticis ceremoniis uſus. Etymol. M. 429, 42. Ημεροκαλλὲς — ἔριον φοινικοῦν διαπεποικιλμένον, ᾧ χρῶνται πρὸς τὰς ἱερουργίας Ἀθηναῖοι, cuius generis plura collegit Th. Reineſius Epiſt. Append. p. 319. Addam et hoc: Photius p. 133. Οἱ μύσται κρόκῃ τὴν δεξιὰν χεῖρα καὶ τὸν πόδα ἀναδοῦνται καὶ λέγεται τοῦτο κροκοῦν. Οἱ δὲ, ὅτι ἐνίοτε κρόκῳ καθαίρονται. Purpureis vittis obvelatas eſſe ciſtas myſticas tradit Plutarch. V. Phocion. c. XVIII. p. 30. T. V.

9) Photius p. 130. Κρατηρίζων, οἶνον ἐν κρατῆρι κιρνῶν, ἢ ἀπὸ κρατήρων ἐν ταῖς μυστηρίοις σπένδων, quae nusquam niſi ad Πλημοχόας Eleuſiniorum referri poſſunt, ad haec quoque diobolaria myſteria translatas. Atque ex eo credebam Orphidae in mentem veniſſe, ut carmen myſticum de rerum ortu Κρατῆρας inſcriberet, quippe bipartito diſtributum, ut una parte, quem magnum craterem vocatum fuiſſe conjicio (v. Fragm. XXVIII.) coeleſtium naturarum ex mente divina procreatio, altera, quem parvum, humanorum animorum ortus explicarentur. Fieri poteſt, ut errem; ſed quo propius haec conſidero, tanto nobis clarius apparet, Platonis haec tota eſſe; quem ſi quis ex contrario orphicis doctrinis imbutum fuiſſe ſtatuat, vereor, ne in priſcis vatibus plus tribuat, quam iſta aetas patiatur. Plato igitur duplicis temperationis mentionem facit, quarum in una Deum ait omnem animum univerſae naturae permiſcuiſſe; ex eo autem, quod reſediſſet, animos humanos eſſe delibatos (Tim. 312. 59. T. IX.) Quo ut nihil a Platone dictum eſt et verbis ſplendidius, et ad ſenſum difficilius, ita plurimos habuit et explanatores et imitatores. Veniat in medium Themiſtius, qui (Orat. XXVI. p. 338) fabulam ex fabula ſerens, binos Iapeti filios, mundi fabricam inter ſe partitos, hunc animalia ait finxiſſe, illum terram gramine veſtiviſſe, floribus coloraſſe, aeris, argenti, auri venis intexuiſſe; ad ultimum Jovem, tantae molitionis perfectorem, τὸν δεύτερον

λικνοφόρος ἀπὸ τῶν γερρίδιων καλούμενος [11]) quem locum Strabo recenſens (X. 18. p. 199.) ταῦτα, inquit, Σαβάζια καὶ Μητρῷα, quorum nunquam fere mentionem faciunt Graeci niſi cum ſummis opprobriis, quivis ut intelligat, ſero demum in uſum fuiſse perducta. Sed plenius haec eadem et accuratius ex ipſis veterum ſcriptis intelligi volo, quae quoniam ſub ſigno habeo, totidem verbis hic interponam, quod raro tirones, quae relata legunt, apud auctores requirunt. Ordiamur igitur a Phintyos, Pythagoreae gravisſimae teſtimonio ap. Stob. S. CXCIII. p. 664. vetantis μὴ χρεῖσθαι τοῖς ὀργιασμοῖς καὶ ματρωσμοῖς — καὶ γὰρ ὁ κοινὸς νόμος ἀπερύκει τᾶς πόλιος ταῦτα τὰς γυναῖκας ἐπιτελῆν, καὶ ἄλλως καὶ ὅτι μέθας κ. ἐκστάσιας ψυχᾶς ἐπάγονται αἱ θρησκεύσεις αὗται. Nempe γυναῖκές εἰσιν, ut Iamblichus ait (de Myſter. X. 71.) αἱ προηγουμένως μητρωάζουσαι, ἀῤῥένων δ᾽ ὀλιγιστοί κ. ὅσοι ἂν ὦσιν ἁπαλώτεροι. Nec abſurde Strabo (VII. 723.), ut eſt in exigendis rerum cauſis curioſiſſimus, ἅπαντες, inquit, δεισιδαιμονίας ἀρχηγοὺς οἴονται τὰς γυναῖκας. αὗται δὲ καὶ τοὺς ἄνδρας παρακαλοῦνται πρὸς ἐπὶπλεον θεραπείας τῶν θεῶν κ.

κρατῆρα νοῦ τε καὶ φρονήσεως divinis opificibus impertiviſſe, eoque velut alimento homines eſſe animatos; cuius inferioris permixtionis reſidua (τοῦ δευτέρου κρατῆρος λειψάνων) humanis animis ſuppetiiſſe, prius etiam memoraverat Or. VI. 77. D. Nec minus diſerte Arnobius adv. gent. II. p. 6. *Haec eſt anima docta illa, immortalis, perfecta, divina, poſt Deum principem rerum et poſt mentes geminas locum obtinens quartum et affluens ex crateribus vivis.* Eundem locum imitatione expreſſit Ariſtides Orat. in Iov. I. p. 5. ut Timaeum Locrenſem et Lucianum praetermittam, quorum alter (Tim. p. 95.) tantummodo interpretis munere fungitur, alter (*Bis accuſat.* 34. p. 97. T. 7.) nil niſi riſus captat. Sed rem ita ſe habere, ut dixi, fidem faciet vel ille ex cratere verſus Ζεὺς δέ τε πάντων ἐστὶ θεός, πάντων τε κεραστής ie. creator, a κέρω, κερέω, creo, ut eſt in carmine Saliari *Duonus ceruſes divianus* v. Scalig. Not. in Varr. p. 187. T. II. *Bip.* et Voſſ Inſtitt. rhet. L. IV. p. 17.

10) Recte prae κισσοφέρος optatum eſt κιστοφόρος, etſi illud Ariſtid. Rhetor. II. 12. p. 525. T. II. et Liban. Progymn. p. 975. T. IV. hinc ſublegerunt. Namque hederam gerebant aequaliter omnes in ſacris ſolemnibus, ſed ciſtas ſecriferas ferre camillorum erat proprium munus. v. Valcken. ad Ammon. Anim. III. 185. Ceterum in eadem palaeſtra quidam ſcripſerunt iuventutem ſuam exercuiſſe Epicurum, cum matre piatrice vicos obeuntem, ap. Diog. La. X. 3. p.

11) Μητριάζειν τὸ ταύτῃ (τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν) τελεῖν ἢ ἐπ᾽ αὐτῷ (ἐπ᾽ αὐτῇ) ἀγείρειν, κ. μητραγύρτης ὁ τελεστής Pollux. T. I. 11. p. 271. Ἀκούοντες ἢ κυμβάλων ἢ τυμπάνων ἢ τινος μέλους ἐνθουσιῶσιν, ὡς οἵ τε κορυβαντιζόμενοι καὶ οἱ μητρίζοντες. Porphyr. Ep. ad Aneb. I. 29. quae ſic ſcripta repetit Iambl. de Myſt. c. IX. p. 69. Μητρίζειν et μητρωάζειν, aeque ut δημητρίζειν (Heſych.) deſunt Lexicis.

ἑορτὰς καὶ παννυχισμούς· ἀπάγειν δέ, εἴ τις ἀνὴρ καθ' αὐτὸν εὑρίσκεται τοιοῦτος· quod quam late patuerit, etiam ex constitutionibus ecclesiasticis intelligi potest v. Bingham. Antiqq. XIV. c. 5. T. VII. Haec intuens Plutarchus illud quoque praecipiendum putavit in coniugiis, ne quos mulier seorsim colat deos, neu arcano, neu peregrinis ritibus Praec. conj. T. VI. p. 531. [12]) Nihilo secius compertum habemus, Athenienses, mobili ingenio gentem et prope muliebri levitate, peregrinas religiones et suscepisse cupidissime et creberrime mutasse. Qui quidem primo Rheae s. Magnae matris cultum, cuius antiqua fuit, ut dixi, in Graecia, sed honestior et graecis moribus exculta religio, peregrinis institutis corruperunt, planctus eiulatus, marium exsectiones et foedas corporum plagas inferentem; cumque his Panum, Corybantum, Attinis et Gallorum increbuit nomen, quorum omnium admirabilis est et ab ipso Strabone satis animadversa coniunctio. Ex quo extiterunt illae nocturnae bacchationes et vigiliae (v. *Wernsdorf* Prooem in Perv. Ven. p. 426. T. III.) clandestini coetus, virorum cum mulieribus in templis concubitus, aliaeque turpitudines τῶν ἐν ἄνδρασι γυναικῶν, καὶ ἐν γυναιξὶν ἀνδρῶν, ut D. Basilius ait. Sed uniuscuiusque generis singula quaeramus exempla. Et Gallorum quidem nulla ante Cratini maioris aetatem mentio

12) Et ob hanc etiam caussam Plato domestica sacra obire vetuit: L. X. p. 119. F. IX. κείσθω γὰρ ὁ νόμος οὗτος. μὴ κεκτῆσθαι θεῶν ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερά, τὸν δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα καὶ ὀργιάζοντα, πλὴν τὰ δημόσια — — quem locum Photius p. 251. ex *quarto* de legibus affert et pro θεῶν scripsit ἱερά. Atque hic, exempla quaerens, in memoriam veteris cuiusdam caussae incurro, cuius mentionem Iosephus fecit c. Apion. T. I. p. 27. *Hav.* νῦν μὲν γὰρ ἱέρειαν τινα ἀπέκτειναν (Athenienses) ἐπεί τις αὐτῆς κατηγόρησεν, ὅτι ξένους ἐμύει θεούς (— οὓς). Νόμῳ δ' ἦν τοῦτο κεκωλυμένον καὶ τιμωρία κατὰ τῶν ξένον εἰσαγόντων θεὸν ὥριστο θάνατος quod mihi edmodum congruere videtur cum Ulpiani narratione ad Or. π. Παραπρ. p. 115. ed. Basil. ἐφ' οἷς (φαρμάκοις καὶ ἄλλη τέθνηκεν ἱέρεια) λέγει δὲ τὴν Νῖνον λεγομένην. Κατηγόρησε δὲ ταύτης Μενεκλῆς, ὡς φίλτρα ποιούσης τοῖς νέοις. Ὃ δὲ λέγει, τοιοῦτόν ἐστι. Οἱ Ἀθηναῖοι ἐξ ἀρχῆς γέλωτα εἶναι καὶ ὕβριν κατὰ τῶν ὄντως μυστηρίων τὰ τελούμενα ταῦτα νομίζοντες, τὴν ἱέρειαν ἀπέκτειναν. Μετὰ δὲ τοῦτο, τοῦ θεοῦ χρήσαντος ἐᾶσαι γενέσθαι, τὴν Αἰσχίνου μητέρα μυεῖν ἐπέτρεψαν. Iisdem temporibus Theodoris vates venificiis et incantamentis quaestum fecit, quam servitiorum, ut fit, commerciis implicatam, Athenienses, accusante Demosthene, morte multarunt v. Tayl. ad Or. c. Aristog. I p. 840. Cuius criminis alios multos et suspectos et convictos fuisse indicat Aesopi Fab. LXXX. p. 46. Γυνὴ μάγος, θείων μηνιμάτων ἀποτροπιασμοὺς ἐπαγγελλομένη — γραψάμενοι δέ τινες αὐτὴν ἀσεβείας εἷλον κ. καταδικασθεῖσαν ἀπῆγον εἰς θάνατον v. not. (23) Haec ramenta non aspernabuntur, opinor, qui expressam *testatae* antiquitatis imaginem, quam τὰ ῥυπικὰ ἐκεῖνα ex symbolatorum pergulis adspicere malunt.

eſt, cuius aliquot verſus, de Satyris, ut videtur, ſumtos, Hephaeſtio Enchir. p. 53. citat

Χαῖρ' ὦ χρυσοκέρως Βαβάκτα γάλλων
Πάν, πελασγικὸν Ἄργος ἐμβατεύων.

Sed et verſus illos, uter condiderit, quaeſtio eſt, et fuerunt plures, iique magni et eruditi, qui Gallorum nomen ab hoc loco alienum cenſerent, ut Vosſius (ad Catull. p. 163.) κήλων ſubſtituens, quod ap. Etymol. legitur. (v. ad Herodo I. p. 91.) cui iure aſſenſus eſt, praeter alios, P. Weſſelingius ad Itinerar. p. 146. Iique haec ſacra ante Gallorum in Graeciam incurſionem Ol. CCXV. vixdum de nomine cognita, nedum ſuſcepta fuiſſe, perſuadere volunt; quod ego non tam preſſe definierim. *Haec de Cybele,* inquit Gesnerus ad Claudian. L. I. in Eutrop. v. 277. *et Attine ſive Atye et Gallis recentior ſabula et a Gallograecis demum orta, ut videtur non ſine cauſſa Voſſio. Convenit ſane illa narratio, quae de dea Syria inter Luciani libellos habetur; convenit barbaries ſumma illius gentis, quae poſt cladem Delphicam in ſuperſtitionem exceſſiſſe putari poteſt.* Haec illi placent. In Voſſii veſtigia mihi Reiskius incurriſſe videtur, qui Simonidis epigramma non alia de cauſa veteri illi Ceo abiudicat, quam quod Galli mentionem faciat; idque Goenſius de Simon. p. 33. et Iacobſius ad Anth. T. I. p. 271. ratum habuere [13]) Galatarum autem nomen ante Timaeum uſurpaſſe neminem iam Spanhemius notavit ad Callim. H. in Del. 184. Sed ego, propter id quod dilucide docetur a graecis magiſtris (v. Phrynich. p. 118.) Caſaubono potius aſſentiri malo, (ad Ael. Lamprid. VII. T. I. p. 806.) cui Gallorum nomen aſiaticum videtur, neque eam notionem a Galliae populis manaſſe cenſet cf. La religion des Gaulois T. I. p. 235. ſq. Magno autem in errore verſatur Valeſii opinio (Emendatt. L. IV. c. 6. p. 138.) qui ne nomen quidem Attidis Demoſthenis aetate Athenienſibus notum fuiſſe arbitratur. Nam certe haud paullo ante Cybelae et aſſeclarum eius cultum a Graecis

13) Simonidis epigramma ob oculos habuit Photius v. Κύβηβος· Κρατῦνες Θράτται τὸν θεοφόρητον· Ἴωνες δὲ τὸν μητραγύρτην κ. Γάλλον νῦν καλούμενον. οὕτως Σιμωνίδης. Ceterum auctorem carminis et qui hunc ſibi ad imitandum propoſuere, antiquam famam ſequutos eſſe, intelligitur ex Varrone ap. Nonium ſ. *Manſuete: Nam vidi ſimulacrum leonis ad Idae lucum, ubi quondam ſubito, eum cum vidiſſent quadrupedem Galli, tympanis adeo fecerunt manſuetum, ut tractarent manibus.* Non diſſimilem caſum Elpidis Samii commemorat Plinius v. Triller Obſervatt. Crit. IV. 7. p. 334.

Graecis perceptum fuiſſe in promtu eſt, quorum liberrima ſacra prudentiorem quemque improbaſſe, poetae indicant comici, Ariſtoph. Lyſ. init.

Αλλ' εἴ τις ἐς Βακχεῖον αὐτὰς ἐκάλεσεν,
ἢ 'ς Πανὸς, ἢ 'πὶ Κωλιάδ', ἢ 's Γενετυλλίδος,
οὐδ' ἂν διελθεῖν ἦν ἂν ὑπὸ τῶν τυμπάνων.

atque hoc idem paullo infra v. 387.

Εξέλαμψε
Χὠ τυμπανισμὸς, χοἱ πύκνοι Σαβάζιοι
ὅ τ' Αδωνιασμός·

quem eundem Sabazium, tanquam peregrinum iudicatum poeta comicus urbe finibusque faceſſere iuſſit ap. Cic. de legg. II. 15. quem locum nonnulli ex Horis ſumtum putant, unde Comici enarrator hunc verſum citat (ad Avv. 874.) Τὸν Φρύγα, τὸν αὐλητῆρα, τὸν Σαβάζιον· Theophilus ap. Athen. X. 10. p. 24. Ἀπολλον, Ὦρε καὶ Σαβάζιε, ut mihi pro Ἀπολλόδωρε legendum videtur. Theopompus ὁ τῆς ἀρχαίας ap. Suid. T. I. p. 321. Κολάσομαί γε σὲ Καὶ τὸν σὸν Αττιν· quem ex barbarica ſuperſtitione a mulierculis et androgynis ſubinductum culpat Plutarch. T. IX. p. 30. Muſgravius, qui Rheae ſacra Euripidis demum aetate Athenas translata cenſet (ad Ion. 1321.) facile refellitur. Quando coeperint, exquirere non elaboravi. Sed utar in praeſenti Teleſtis teſtimonio (Athen. XIV. p. 260. T. V.)

Πρῶτοι παρὰ κρατῆρας Ελλάνων ἐν αὐλοῖς συνόπαδοι Πέλοπος
ματρὸς ὀρείας Φρύγιον ἄεισαν νόμον,
τοὶ δ' ὀξυφώνοις πηκτίδων ψαλμοῖς κρέκον λύδιον ὕμνον —

Ad Lydiam harmoniam in Niobae nuptiis ceciniſſe ſponſae aſſeclas in Paeanibus tradidit Pindarus Plut. de Muſ. T. X. p. 666. Et manſit fama, Magnetes, Sipyli accolas, antiquiſſimum habere Rheae ſimulacrum a Brotea, Tantali filio, fabricatum Pauſ. III. 22. p. 429. cf. Meziriac. ſur Ov. T. II. p. 532. Quorum fidem non magis exploratam habeo, quam illam de Galli ap. Athenienſes adventu (Iulian. Or. V. p. 158. Valeſ. ad Harpocr. p. 50.) et Argonautarum ſacrificia, matri Dindymenae oblata, quae percepta ab Anachar ſide Diogenes La. I 102. τελετὰς ἑλληνικὰς vocat. Pindari aevo (namque iones poetas praetermitto) haec ſacra magno in honore fuiſſe, oſtendit nobilis dithyrambus, cuius exordium Strabo retulit (Fr. VI. p. 70.) nuper a Iacobſio (ad Anthol. T. II. p. 248.) de novo tentatum, item Βακχικὰ et

Ενθρονισμοὶ, ab eodem composita [14]) quibus telestas in sacris magnae matris usos fuisse ex Platonis verbis (Euthyd. III. 17.) apparet, ὅπερ οἱ ἐν τελετῇ Κορυβάντων ποιοῦσιν, ὅταν τὴν θρόνωσιν ποιῶνται περὶ τοῦτον, ὃν ἂν μέλλωσι τελεῖν, de quo docta est Valesii disputatio Observatt. Crit. II. 4. p. 53. ab Heindorfio T. III. p. 320. omissa. Neque abest suspicio, quin inde originem traxerint incathedrationes s. ἐνθρονισμοὶ in veteri ecclesia. Et hoc quidem arbitrio cuiusque existimandum relinquatur; illud fortasse quaerendum fit, in quam insultet Comicus ap. Suidan s. Ω νῦν. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν Λημνίαις· τὴν κρατίστην δαίμον' ἧς νῦν Θερμός ἐσθ' ὁ βωμός· δηλοῖ δὲ, ὅτι ἀεὶ τινες παρ' Ἀθηναίοις ξένοι θεοὶ (v. Vales. ad Euseb. V. C. II. c. 539.) ἐτιμῶντο. Sed eandem ut esse putem, adducor Ethnographi testimonio p. 412. Λῆμνος νῆσος

14) Has lustrationes et sacra piatoria maxime ad animi aegritudine effecti sanationem spectasse, docet etiam Verrius ap. Festum: *Piari eos veluti proprio verbo ait Verrius, qui parum sint animati, quum mentis suae non sint: et per quaedam verba liberantur incommodo.* Idque intelligitur etiam ex Aristoph. Vesp. 115. qui locus est de Philocleone.

εἶτ' αὐτὸν ἀπέλουν κἀκάθαιρε· καὶ μάλα
μετὰ ταῦτ' ἐκορυβάντιζ'· ὁ δ' αὐτῷ τυμπάνῳ
ἄξας, ἐδίκαζεν —

Schol. Εκορυβάντιζεν — τὰ τῶν Κορυβάντων ἐποίει αὐτῷ μυστήρια, ἐπὶ καθαρμῷ τῆς μανίας A Rhea autem, quae et ipsa καθάρτρια τῆς μανίας habita est (Schol. Pind. P. III. 139.) hoc ad ministros eius et adsessores, Corybantes, translatum fuisse apparet, quorum qui sacra obibant, quoniam furoris quodam afflatu non sibi solum sed et aliis divinitus inflammari videbantur, ab hisce iisdem daemonibus, perturbationum et motuum animi, in quos barbari et agrestes homines, mentis quadam imbecillitate, crebro incidunt, et causam et curationem repetebant. Testis illa apud Euripidem Phaedra, ardens tum cupiditate, tum conscientia

Σὺ γὰρ ἔνθεος, ὦ κούρα,
εἴτ' ἐκ Πανὸς, εἴθ' Ἑκάτας,
ἢ σεμνῶν Κορυβάντων,
ἢ ματρὸς ὀρείας φοιτᾷς.

eosdemque etiam, quum insueta species animum horrore quodam perstringeret, tanquam averruncos et prodigiales implorabant, velut ille apud Aristophanem Eccles. 1069. Ω Ἡράκλεις — ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω. Mulierculas autem, praesertim vetulas, hanc medicinam professas esse, significat etiam Plato de legg. L. VI. p. 790. ὥσπερ αἱ περὶ τὰ τῶν Κορυβάντων ἰάματα κατευνάζουσι τῶν παιδίων, καθάπερ αἱ τῶν ἐκφρόνων Βακχειῶν ἰάσεις. Nihil aeque ridiculum est, quam quod Vierthaler (*Philosophische Geschichte der Menschen u. Völcker* p. 531.) ex hoc loco intelligere sibi visus est, graecas matronas apud Corybantes, nescio quos, arti medicae occulte operam dedisse.

ἀπὸ τῆς μεγάλης θεοῦ, ἣν Λήμνιον φασι (?). ταύτῃ δὲ καὶ παρθένους θύειν. Οἰκῆσαι πρῶτον ὑπὸ Θρακῶν· οἱ δὲ αὐτοὶ οὗτοι καὶ Σάπαιοι. Nec, ſi eo animus magis inclinet, mihi quidquam obſtare videtur, quo minus Bendin ſive Hecatam Thraciam intelligamus, de qua Ovidius. Faſt I. 389. *Exta canum vidi Triviae libare Sapaeos, et quicunque tuas, accolit, Haeme, nives.* Huius enim deae et nomen et potentiam iam mature in Graecorum notitiam veniſſe, manifeſtum nobis eſt ſplendido carmine ab Orphicorum aliquo, ut Heynius cenſet, Theogoniae Heſiodiae v. 410–451. inſerto, in quo tantis ſuper omnes deos deasque effertur laudibus, nullum ut dubium ſit, quin iam iſto aevo, tanquam numen infernum, quorum maxima ſemper fuit religio, devotionibus, incantamentis et ſacris magicis conſecrata fuerit; unde videtur non privatim ſolum, ſed in myſteriis etiam culta fuiſſe, qualia ab Orpheo accepta, Aeginetas retinuiſſe refert, neſcio qua auctoritate vel fide, Pauſanias (v. Du Soul. ad Lucian. Navig. 15, 168. T. 8. Bip.); Namque ante Caeſarum aetatem non reperio, quos nominatim appellare poſſim horum myſteriorum laudatores. Sed coniecturae noſtrae ſuffragatur etiam Heſychius: Μεγάλη θεὸς Ἀριστοφάνης (ἐν Λημνίαις, quod notabile, Photius) τὴν Βένδιν, quam pro Hecate habitam fuiſſe, inter omnes conſtat.

Panis autem cum Baccho et cum magna matre conſortium (Pind. Fr. p. 29. Pyth. III. 139. et Ariſtph. Avv. 745.) — non aliam cauſam habuiſſe obſervat locuples auctor, Strabo, quam τὸ μαντικὸν καὶ ἐνθουσιῶδες, quod ei cum utriusque ſacris commune fuit, τὰ γὰρ μητρῷα, ut ait Plutarchus Amat. Vol. IX. p. 40. καὶ Πανικὰ κοινωνεῖ τοῖς Βακχικοῖς. Haud ita longo intervallo poſt Cotyos ſacra, quae eadem Aeſchylus Thraciae aſſignat, in Graeciam traducta eſſe, ſic intelligitur. Multorum fama celebratum eſt, Eupolin ab Alcibiade navigante in Siciliam demerſum eſſe. — „*Baptae*, inquit Scholiaſtes Iuvenal. II. 92. *molles* [15]), *quo titulo Eupolis comoediam*

B 2

15) Graeci μαλθακοὺς, τοὺς ἑταιρηκότας Poll. VI. 126. μαλακοὶ κ. ἀρσενοκοῖται Ep. I. ad Cor. VI. 9. v. Kypke Obſerv. T. II, p 202. In eodem haud dubie argumento fuere Cratini Μαλθακοὶ (v. Fabric. Bibl. Gr. II. 430. Harl.) et Lucilii *Malthae* ap. Nonium (Sat. 27, 25.) Sed Antiphanis Μαλθάκη, ne quis erret, mulieris nomen fuit, comicorum ludibriis vexatae (v. Lucian. Rhet. Pr. 12, 232. T. 7.), libidinoſae fortaſſe, ſed nihil ad iſtos. Μαλακίαν et hoc ſenſu ap. Thom. M. p. 149, et pro eunuchismo apud Dionem Caſſ. L. LXXIX. 11, 1319. notare omiſit Schneiderus. Ceterum, quod Papias, et huic obſequutus I. Scaliger, a ſacris Cotyttus viros procul prohibitos fuiſſe pertendunt (v. Burmann. ad Anthol. T. II. p. 433.), verum eſſe non poteſt. Nudis nominibus defunctus eſt Lomeier de Luſtrat. XIII. 160.

*ſcripſit, ob quam ab Alcibiade, quem praecipue perſtrinxerat, necatus eſt.* Eodem ſupplicii genere poetam necatum, reliquosque ad cavillandum tardiores factos eſſe, Platonius etiam ſcriptum reliquit. Verene an ſecus, quaerere nihil adtinet; quanquam propter id, quod a graviſſimis auctoribus traditur, timoris in eo plus quam periculi fuiſſe exiſtimo. Illud arcte tenebimus, iuvenem, mulieroſiſſimum dicam an viroſiſſimum, Baptarum in collegium, quos Cotyttus ſacris operari refert Iuvenalis, cooptatum fuiſſe, eumque iniuriam ſibi illatam ſic repuliſſe, ut poetam, quod Baptis exprobraſſet, ſubire cogeret ipſum. Intelligatur igitur, Baptas non ideo vocatos fuiſſe Cotyos ſacricolas, quod poſt foediſſimas illas volutationes aquam ſumerent, ut viſum eſt Caſaubono, multo minus, quod *βαπτὰ* geſtarent, quae Gesneri fuit opinio (ad Lucian. p. 27. T. VIII.) ſed a lotionibus ſacris nomen habuiſſe, quibus pietas initium, libido incrementa dedit [16]). Quam rem praeclare mihi ante oculos ponere videtur Plutarchus de Superſtit. T. VI. 632. *εἰς ἀγύρτας καὶ γόητας ἐμπεσόντες, λέγοντας, ἀλλ' εἴτ' ἔνυπνον φάντασμα φοβῇ, χθονίας θ' Ἑκάτης κῶμον ἐδέξω, τὴν περιμάκτριαν καλεῖ γραῦν καὶ βάπτισον σεαυτὸν εἰς θάλασσαν* [17]) *καὶ καθίσας ἐν τῇ γῇ ἡμέρευσον, ὦ βάρβαρ' ἐξευρόντες Ἑλλήνων κακὰ τῇ δεισιδαιμονίᾳ, πηλώσεις, καταβορβορώσεις* [18]) *σαββατισμούς, ῥίψεις ἐπὶ τὸ πρόσωπον*, Περιμάκτριαι illae memorantur etiam in Menandri ſenariolis quibusdam ap. Clem. Strom. VII. p. 714. (Cleric. p. 120.)

16) v. Boettigeri V. Cel. Aldobrand. Hochz. p. 154.

17) Baptarum luſtrationes indicari, apertum eſſe puto. Βαπτρεῶν autem nomen nondum mihi exploratum eſt vel hoc vel ſimili ſenſu uſurpari, nec, quod Toupius affirmat (in Suid. T. III. p. 281.) Eupolin Βαπτρίας tinctrices, depilatrices, dixiſſe, errore vacat, ſi quidem Pollux VII. 169. de infectione lanarum loqui videtur. Addit ad extremum, idque maxime ad rem pertinere putat, cognatum huic eſſe nomen Βαμβακιδων in Myrini Epigr. (II. 94.) in Gallam: Καὶ τὴν γρυτοδόκην κοιτίδα βαμβακίδων. Nihil mihi videtur minus; namque racentiores (v. Thom. M. p. 153.) promiſcue βόμβυξ et βάμβαξ ſcribunt (v. Montefalc. Palaeogr. L. I. 2. p. 15.) et vero βαμβακὶς et παμβακίς. Libanius Declam. Avar. T. IV. p 623. inter mundum muliebrem: βαμβύκινα (temere Reiskius βομβ.) ἱμάτια κ. βύσσινα καὶ διαφανεῖς χιτώνιον καὶ κρόκωτον κ. θέριστρον, ex quibus θέριστρα ἐκ κόκκου βαφθέντα Myrinus etiam commemorat. Suidas: Τρίχαπτον, τὸ βαμβύκινον ὕφασμα. Sic et Apuleius Gallos Cybelae mitellis, crocotis, carbaſinis et *bombycinis* indutos inducit Metam. L. VIII. p. 183.

18) cf. Caſaub. ad Perſ. II. 100. Ὁ δεισιδαίμων κάθηται σακκίον ἔχων ἢ ῥάκεσι ῥυπαροῖς γυμνὸς ἐν πηλῷ καλινδούμενος Plutarch. de Superſt. T. VI. 643.

Περιμαξάτωσάν σ' αἱ γυναῖκες ἐν κύκλῳ,
καὶ περί σε θειούτωσαν, ἀπὸ κρουνῶν τριῶν
ὕδατι περίῤῥαναι γ', ἐμβαλὼν ἅλας, φακούς.

Bentlejj. (p. 42.) cuius emendationem probavit Valcken. ad Ammon. p. 112. Exſumti autem ſunt de Metragyrta Menandri, unde magna ſignificatio ſit, vetulas illas ex eorum numero fuiſſe, qui initiando, expiando, conſecrando, deos quaeſtum facerent [19]. Sed de his ſatis. Veniamus nunc ad Bendidia, quae iam Onomacriti aetate Graecis nota, longo vero intervallo poſt Athenis publice recepta ſunt; οὕτω καὶ τοῦ Θρακὸς θεολόγου μετὰ τῶν πολλῶν τῆς σελήνης ὀνομάτων καὶ τὴν Βένδιν εἰς τὴν θεὸν ἀναπέμψαντος, Πλουτώνη τε καὶ Ευφροσύνη, Βένδις τε κραταιά, Procl. in Theol. p. 352. quibus Geſnerum miror nihil loci reliquiſſe. Graeci Dianam eſſe volunt (v. Schol. Plat. p. 143. Ruhnk.) quam a Thracibus eximie cultam fuiſſe Herodotus docet V. 7. 375. unde Cratinus quoque eius deae in Thrattis mentionem fecit. Heſychius: Δίλογχον τὴν Βένδιν Κρατῖνος ἐν Θράτταις — ὅτι δύο φῶτα ἔχει, τὸ ἴδιον καὶ τὸ τοῦ ἡλίου· ex quo in Orph. H. VIII. *in Lun.* φέγγει δίσσῳ λαμπομένη pro τῷ σῷ legendum eſſe apparet. Ex quibus omnibus, multisque praeterea aliis, perſpicuum eſt, haec turbulenta ſacra partim a convenis et barbaris undelibet illata, alia ex recepta ab Athenienſibus poſt perſica bella. Thraciae ora in urbem transfuſa, tantaque liberalitate excepta eſſe, ut Apollophanes in Cretibus magnam turbam deorum inſitivorum congregarit, quos non difficilis Athenienſium credulitas adſciviſſet v. Heſych. ſ. θεοὶ ξενικοὶ et not. Hemſterh. Praeter inſignem autem huius gentis mobilitatem, noviſſima quaeque cum inexplebili cupiditate expetentem, multum etiam ad horum ſacrorum propagationem reconditae quorundam artes valuerunt, qui, quod in perceptis vulgaribusque religionibus parum praeſidii ad irretiendos ho-

19) Illo tempore quantopere circulatores hi viguerint, ipſa fabularum elogia indicant; quo ex genere ferebantur Antiphanis Μηναγύρτης et Μυσὶς, Phrynichi, item Sopatri, Μυσταί, Alexidis Θεοφόρητος, Menandri Θεοφορουμένη et Μητραγύρτης, eiusdemque Ἱέρεια, qua qui petiti fuerint, oſtendunt verſus ap. Clem. Admon. p. 49.

Εἰ γὰρ ἕλκει τὸν θεὸν
τοῖς κυμβάλοις ἄνθρωπος εἰς ὃ βούλεται,
ὁ τοῦτο ποιῶν ἐστι μείζων τοῦ θεοῦ.

de quibus omnibus una et conſentiens prudentum omnium vox eſt — μετάγε, νὴ Δία, Τοὺς μητραγυρτοῦντας, πολὺ τοι γὰρ αὖ γένος Μιαρώτατον τοῦτ' ἐστιν Antiphanes Athen. VI. 9. 371.

minum animos reperire sibi videbantur, novos inusitatosque ritus vel ipsi pepererunt, vel aliunde sustulerunt, quorum novitas pariter atque obscuritas imperitorum mentes alliceret. His igitur ut aditus pararetur, magnorum nominum ementita auctoritate perfectum est, Lini, Musaei, Orphei aliorumque, quorum poemata, ad vetustatis similitudinem fallaciter composita, libri vaticini, precationes et praecepta sacrificandi, tunc velut e composito thesauro credulis offerebantur. Quo ex loco commode ad eas res, fidem quae dictis afferant, traducetur oratio. Veniat Plato, qui tum in aliis quibusdam, tum in secundo de legibus libro, in hos librorum sacrorum fabricatores non minimam corruptarum religionum culpam confert; *Hoc illud esse*, dictitans, *quod divinatores et agyrtae, opulentiorum fores obsidentes, ultro se offerant ad expiandum, si quid vitii evenerit, nihil ut ex eo offensionis habeant, sive maiorum fraude, sive ipsorum culpa sibi poenam contraxerint*; veniamque et impunitatem maleficiorum praestant — ἐπαγωγαῖς τισι καὶ καταδεσμοῖς θεούς, ὥς φασι, πείθοντες σφίσιν ὑπηρετεῖν. Quam qui medicinam profiteantur, eos poetas testes adhibere dicit: Βιβλίων δὲ ὅμαδον [20]) παρέχοντες Μουσαίου καὶ Ὀρφέως, καθ' ἃς θυηπολοῦσι, πείθοντες οὐ μόνον ἰδιώτας, ἀλλὰ καὶ πόλεις, ὡς ἄρα λύσεις τε καὶ καθαρμοὶ ἀδικημάτων διὰ θυσιῶν καὶ παιδιᾶς (καὶ διὰ egregie, ut alia omnia, Schaeferus in Ernestii Glossar. Liv. p. 560.) ἡδονῶν, εἰσὶ μὲν ἔτι ζῶσιν, εἰσὶ δὲ καὶ τελευτήσασι, ἃς δὴ τελετὰς καλοῦσιν, αἳ τῶν ἐκεῖ κακῶν ἀπολύουσιν ἡμᾶς. μὴ θύσαντας δὲ δεινὰ περιμένει T. VI. p. 220. cf. L. X. de legg. p. 116. T. IX. quae quum Meinersius et Tennemannus (*Lehren u. Meinung. d. Socratiker ueb. Unsterbl.* p. 93—102.) adversus mysteria Eleusinia dici opinarentur, maximis erroribus implicati sunt. Sed id omittamus. Si vero probabile est, ut est certe, peregrinos deos, priusquam publice adsciscerentur, privatim fuisse cultos, nihil tam certum videtur, quam quod Romanis quoque usu venisse reperimus; hos ritus primum in gentilitiis et curialibus sacris occulte serpentes, post paullo multitudinis suffragiis in civitatem fuisse receptos. Pausanias certe, antiquitatis atticae scriptorumque veterum literate peritus, Orphei hymnum in Cererem, quem unum iudicabat genuinum, a Lycomedis asservari narrat, quos a veteri illo Lyco,

20) Huic ne quis usitatius verbum et tritius subroget ὅρμαθον, idem haud dubie in Platone legerat Themistius Or. II. p. 32. Βιβλίων ὅμαδος ὅλος ἐπαλλήλως συντεταγμένων ἀπισχυρίζεται. Βιβλίων ὅμαδον dixit etiam Isidorus ap. Phot. bibl. p. 550. nec me dubitasse diffiteor, an Libanius quoque Δυσκολ. p. 615. T. IV. Reisk. ἐπυνθάνοντο, ὡς εἰώθασι, μὴ τὸ σκέλος ἐπλήγην, ἢ τὴν κλεῖν κατεάγην, ἢ συνέτριψα τὴν ὀσφύν· ἄμετρον ῥημάτων καὶ ἐρωτήματα, οἷα ἄν με παραχρῆμα ἀπώλεσε, festivius scripserit ὅμαδον ῥημάτων κ. ἐρωτημάτων.

Pandionis filio genus duxisse, argumento est hoc, quod Methapus Atheniensis τελεστὴς κ. παντοίων ὀργίων συνθέτης, quum Messanam venisset, magnarumrumque dearum sacra, quae ab Eleusine ducta Lycus Messeniis impertiverat, renovasset, in curiam Lycomedarum statuam suam reponi iussit, tali modo inscriptam

*Θαύματα δ' ὡς σύμπαντα Λύκος, Πανδιόνιος φώς,*
*ἀτθίδος ἱερὰ ἔργα παρ' Ἀνδανίῃ θέτο κεδνῇ. κ. τ. λ.* [21])

21) Admirabile est, quantum tota ista narratio, a Meursio ceterisque praetermisse, ad declarandam veterum mysteriorum rationem conferat. Cauconem narrat, Celaeni filium, nepotem Phlyantis, Messenam, uxorem regis, mysteriis magnarum dearum initiasse Andaniae; quo cum et Lycus ille venisset et Methapus Atheniensis, (is qui Thebanos quoque mysteriis Cabirorum instituit), ab his sacra, prope extincta, resota esse (IV. 159) Ritus sacrorum (ἡ τελετὴ τῶν μεγάλων θεῶν) tabulis plumbeis inscripti erant (c XXVI. 549.) quas hactenus curiose ἐν ἀπορρήτῳ conditas, expugnata Messena Aristomenes, Theocli vatis monitu, clam omnibus terrae mandavit, meliores fortunae vices expectans; hoc enim retento pignore, salvam fore Messeniam, fatale erat (XX. 526.) Multis annis post, recuperata salute, Epiteles, quo duce Messenii in sedes suas revertebantur, a Caucone illo somnio admonitus, urnam cum tabulis effodit, quam in luco Oechaliae Carnasio, una cum Euryti ossibus, herois prisci, qui ibi cum deabus magnis communia sacra habuit (III. 465.), recondiderunt (XXX. 578.) Haec narrare sibi permissum putavit Pausanias; de sacris ipsis, ne quid in vulgus ederet, somnio absterritus est. Ex quibus omnibus manifestum est, in his et plerisque aliis mysteriis antiquitus (nam de sequiore aevo quis repugnet?) non doctrinam aliquam, sed sacra deorum tutelarium tradita fuisse, quae gentiles religiose, tanquam domesticae salutis pignora, in operto coluerunt, direpta patria secum extulerunt, unde ultro citroque peregrinata, externis moribus oblita, temporibus, si forte, intermissa, longo intervallo renovata sunt. Quare et Pausanias Lycum scribit sacra deorum Aphareo, eiusque familiae *monstrasse* (ἐπιδείκνυσθαι) IV. 459 quemadmodum Ceres apud Homerum indigenis Eleusiniis ritus sacrorum *prodidit* ἔδειξε Δρησμοσύνην ἱερῶν καὶ ἐπέφραδεν ὄργια πᾶσιν (H. in Cer 476.) quo argumento nuper Creuzerus (Symbol. T. I. p. 11.) probare voluit, veteres illos sacrorum initiorumque antistites philosophiam non directe tradidisse consecratis, sed, ne splendor subitus agrestium animos praestringeret, sub symbolorum involucris velut e longinquo *ostendisse.* Adeone caecos illos ingenio et glandibus abundasse, ut philosophiam appetierint? Sed fuerint illa, ut voluit, symbolica; ipsos ne etiam Castores et Herculem veritatem sine integumentis adspicere non potuisse putabimus? Quibus urbs Atheniensium primis — πρώτοις ξένων ἡ πόλις δείκνυσι τὰ ἱερὰ Aristid T. I. p. 251. i. e adspicienda praebuit, quemadmodum et Plutarchus V. Alcib. 22. p. 45. Alcibiadem dicit δεικνύναι τὰ μυστήρια, ἔχοντα στολὴν, οἵανπερ ἱεροφάντης ἔχων δεικνύει τὰ ἱερά. Magnarum autem dearum (quae eaedem infernae dicuntur) custodia imperii pignora contenta fuisse, etiam illo exemplo confirmat Herodotus, quo affert Miltiadem, Paron quum oppugnaret, Timus, fani illius aedituae, consiliis usum,

Eosque Lycomedas Athenis quoque in demo Phlyenſium τελεστήριον ſuum habuiſſe, á Themiſtocle inſtauratum, refert Pauſanias [22]), unde facilis coniectura eſt, Lycomedas a Lyco et ortum et ſacrorum Cerealium curam habuiſſe, quae ipſa tempore Pandionis Athenis inſtituta fuiſſe memoriae traditur v. Apollod. III. 64. Nam et Themiſtoclem, qui Lycomedas propinqua cognatione attigit, ex Leontia tribu fuiſſe conſtat, et Pauſanias Orphei et Pamphi hymnos, quos illi ad ſacra cantare ſolebant, apud Daduchum quendam vidiſſe ſe ſcribit; quos quum eadem ex tribu ſumtos fuiſſe conſtet, conſicitur, ut Lycomedae eiusdem ſtirpis fuerint, ac ſacerdotium Cereris et Proſerpinae habuerint. Neque multum me falli arbitror, ſi hos quoque orgeones myſteriis Halimuntiis, uti Clemens vocat, praefuiſſe dixero, quum et hunc pagum Leontiae tribui adſcriptum fuiſſe et ſacra dearum habuiſſe proditum legamus. Ad hos acceſſerunt privatis conſiliis vates et fatidici, aeruſcatores et haruspices, ſacrorum interpretes, piatrices et praecantatrices [23]), quos innumerabiles iſta civitas tulit, quaeſtuoſiſſima fraudum piarum officina. Quorum artes apud popellum σιβυλλιῶντα quantum

noctu opertum Cereris acceſſiſſe, ὡς κινήσοντά τι τῶν ἀκινήτων· ſed, obiecto horrore, illico ſe non ſine gravi offenſione proripuiſſe, Timo autem, quod *myſtica ſacra, tutelamque urbis* hoſtibus prodidiſſet, in ius vocatam L. VI. 134. 135. (Quo ex loco Libanius tum plura libavit, tum illud, a Reiskio temere attentatum p 344 T. IV. ἢ κρίνασα θεὸς μὴ εὖ τελευτῆσαι τὸν μέγαν Μιλτιάδην.) Quumque haec qui haberet, eum totius populi fortuna ſequi crederetur, non aliud praeſidium, praeter ſacra dearum infernarum, ad recuperandam patriam attulit Telines hierophanta Herodo. VII. 153.

22) In Sciro fuiſſe putabat S. Petitus ad legg att. p. 42. *ed. Weſſel.* Lycomedas, non Lycomidas vocatos eſſe, contra, quam Meurſio viſum erat, multorum teſtimoniis planum fecit V. Cl. Paſſovius ad Muſaeum p. 54. Leontidem autem tribum, cuius mentio facta eſt ſupra, Leonidem potius dicendam eſſe, affirmat Etym. M. ſ. Ευπατρίδαι· quanquam hodie quidem omnes editi libri Plutarchi, Stephani, Photii etc. Leontidem exhibent, ad quos, iniuſte facimus, ſi veterum magiſtrorum praecepta exigenda putamus, ex purioribus ut plurimum fontibus hauſta.

23) Μάντεις, καθαρταί, χρησμολόγοι, χρησμῳδόται, τελεσταί, θεουργοί Pollux. I. 14. Απόμακται, ἀπομάκτριαι VII. 188. Suidas: Εγχυτρίστριαι — ὅσαι τοὺς ἐναγεῖς καθαίρουσιν. Hesychius: Εγκυκλικίστρια, περιαγνίστρια. Feſtus p. 344. *Piatrix ſacerdos, quae expiare erat ſolita, quam quidam ſimulatricem, alii ſagam, alii expiatricem vocant* v. Caſaub. ad Perſ. 69 Salmaſ ad Tertull. Pall. p. 346. Fruſtra Lycurgus his circulatoribus aditum occluſit (Plut. Apophth. Lacon. p. 845.) quin ipſe Cleomenes, in altiſſimo civitatis gradu collocatus, quum coeco morbo oppreſſus eſſet, vaticinis et piatoribus adhaeſit Id. l. l. p. 835.

tum valuerint, nemini obscurum esse potest. Stilbidem vatem cum legimus expeditioni Siciliensi interfuisse (Schol. Aristph. Pac. p. 700.) nonne oraculorum commenticiorum, quibus imperiosa multitudo in fraudem illecta est, haud dubium deprehendimus nisi auctorem, certe interpretem? Quid? Lampo vates, is, qui Athenienses vaticiniis suis induxit, ut coloniam Thurium deducerent (v. Tayl. V. Lys. T. VII. p. 107 – 109.) nonne initiationibus etiam vocasse narratur? (v. Aristot. de Rhetor. L. III. c. 18. p. 395. T. IV. *Buhl.*) Quae initia cuiusmodi fuerint, Cratinus declarat, quum Ἀγερσικυβελίστην vocat (Hesych. s. v.) Idque testatur etiam Lycophro augur, quem Plato cum Socrate diu multumque disseruisse scribit, eumque impio patris accusandi consilio deorum auctoritatem, Iovis inprimis et Saturni praetendisse, quorum alter patrem exsecuisset, alter imperio privasset. Cuius professionem quum admiratus esset Socrates, quaesivisse ex illo, num haec pictorum et poetarum figmenta pro veris probaret? At illum, non haec solum, *sed his longe mirabiliora, ἃ οἱ πολλοὶ οὐκ ἴσασι.* Quae exempla crebro veteratores istos ad tranquillandam improborum conscientiam, quum contacti caede vel sacrilegio animi suppliciorum metu angerentur, ex omni antiquitate, deque poetarum maxime libris depromsisse, ad credendum facile est. Sed, si quid maxime consentaneum sit, quaerimus, praecipuas ibi fuisse Orpheotelestarum partes reperiemus, ad quos Theophrastus Char. XVI. p. 115. superstitiosum suum quotquot mensibus cum uxore et liberis ad sacra percipienda commeare scribit [24]). Sed resistamus paullo et, quae anquirentibus nobis et cuncta memoria repetentibus ostendant se et occurrant, aperiamus. Equidem, ubi omnia ad calculos vocavero, recte mihi intelligere videor, omnes illos, quos vel fames vel impudentia ad mentiendum duxit, quum essent nulla rerum cognitione, nulla scientia imbuti, pleraque, quae discipulis suis ad credendum proponerent, partim ex mysteriorum Eleusi-

24) Notum est Laconis illud dictum, qui Philippo cuidam Orpheotelestae, pollicenti, ut erat in mora istorum, summam se iis, qui apud se fuissent initiati, post mortem beatitudinem conciliaturum, huic igitur, quum ipse esset in summa paupertate, cur itaque, inquit, non ipse moreris? (Plut. Laconn. Apophth. p. 834 T. TI.) Atque in eo etiam Laco quidam agyrtam cavillatus est (Apophth. p. 876.) quod mirifice cum Antisthenis dicterio congruit, qui, ut Diogenes refert L. VI. 4. 319. μυέμενός ποτε τὰ ὀρφικά, τοῦ ἱερέως εἰπόντος, ὅτι οἱ ταῦτα μυούμενοι πολλῶν ἀγαθῶν ἐν ᾅδου μετίσχουσι, τί οὖν, ἔφη, οὐκ ἀποθνήσκεις; Praeter haec nulla facta est a veteribus Orpheotelestarum mentio, quos Casaubonus et Valkenarius Diatr. de Aristob. p. 85. praepropere in Athenaei pompam (V. p. 198.) intulerunt, ubi nihil iis loci esse potest.

riorum disciplina, partim a doctissimis in philosophia viris mutuatos esse, eoque factum esse, ut Lini, Musaei, Orphei et ceterorum reliquiae cum philosophorum clarissimorum sententiis mirum in modum concordent, velut de natura daemonum, de coelesti origine animorum et id generis aliis; quae quis, praeter Plessingium, putet acerrimos veritatis investigatores, Pythagoram, Heraclitum, Platonem a famelicis sacrificulis didicisse? Sed tenebriones illi, quorum intererat imperitis tenebras offundere, nulla re una magis ad fraudes suas abusi sunt, quam Pythagorae doctrina, quae et splendore suo animos in se ducebat, et quo difficiliorem cognitionem, hoc maiorem cognoscendi cupiditatem dabat; denique etiam, quia obscurior erat nec satis explorate cognita, quocunque quisque vellet, detorqueri poterat. Qua de de re Herodotus quid senserit, apparet ex eo loco, in quo, quae Orphica vulgo et Bacchica appellarentur, re et veritate ab Aegyptiis inventa, ad Pythagoreos translata esse, verissime defendit II. 81. cuius loci primo non admodum probatam lectionem in meliore luce collocavit Kannius Anal. p. 40. Quod si solum proferretur, nonne id signi satis esset, idem de Orpheo, quod Aristotelem, sensisse Herodotum; qui si theogoniam, Orphei nomine inscriptam, genuinam putasset, quo tandem animo potuisset affirmare, Homerum et Hesiodum primos fuisse, qui deorum nomina, genera, officia, honores in vulgus proderent; quos qui aetate anteire putarentur, his inferiores fuisse censuit II. 53. Quam vere, nihil ad rem; sed ex eo ipso intelligi potest, Eumolpi, Pamphi, et reliquorum carmina non tam re quam nomine antiqua fuisse. Quantum autem Orphica doctrina, nam fortasse aliquis ad illa confugiat, Homeri Hesiodique audaciam superaverit, ex Isocratis testimonio intelligi potest. Scripsit autem his verbis. Poetae quidem, qui servitia, furta, incestus et adulteria diis immortalibus affingere non reformidarunt, etsi dignam flagitio poenam non suscepisse videntur, tamen vitam vagam et inopem tolerantes, pars etiam luminis caecitatem perpessi, suppliciorum dederunt satis — *Ορφεὺς δὲ μάλιςα τοιούτων λόγων ἁψάμενος, διασπασθεὶς τὸν βίον ἐτελεύτησε* Paneg. §. 16. p. 379. *Lang.* Quod intelligimus etiam ex Origene c. Cels. VII. c. 54. p. 733. *Ruae.* *καὶ γὰρ πολλῷ χείρονα*, inquit, *περὶ τῶν νομιζομένων εἶπε θεῶν Ορφεὺς ἢ Ομηρος.* Illud vero a Diogene animadversum, quantopere haec confirmat, qui, contra Orpheum differens, dubitat an eum philosophum appellari oporteat, qui ea diis affinxerit, quae ne in homine quidem reprehensione caritura sint — *τὸν πᾶν τὸ ἀνθρώπινον πάθος ἀφειδοῦντα τοῖς θεοῖς προστρίψαι, καὶ τὰ σπανίως ὑπό τινων ἀνθρώπων αἰσχρουργούμενα καὶ τῷ τῆ φωνῆς ὀργάνῳ* [25]). Transeamus alio. Nonnus Exposit. in Gregor. Or. IV. c. 74. p.

528. *Orphei*, inquit, *poemata circumferuntur, quae pro theologia gentiles habent. In his* (*per symbola* in Invect. II. c. 18. p. 527.) *deorum or-*



25) De glossa fere assentior Fr. W. Rudolpho *Observatt. Plattonn.* P. III.) Sed Diogenis hoc admoneor verbo, ut de Chrysippi opinione aliquid dicendum putem, quem Galenus notet (de Placitt. Hipp. L. III. c. 3. p. 118. T. V.) partim ad fidem dictorum, partim ad ornamentum, Empedoclis, Tyrtaei et Orphei, idest, ut ego interpretor, Onomacriti, versus orationi inclusisse. Chrysippum igitur tabulae Argivae, in qua Jovi Iuno ore morigerabatur, argumentum enarrasse, invidiose narrant patres ecclesiastici Clemens Homil. V. p. 667. Theophilus ad Autol. III. §. 3, 382. §. 9, 386. Deorum autem libidines constat philosophos ad physiologiam referre voluisse; quo ex genere fuit Hipparchi Stagiritae liber, tali modo inscriptus: Τί τὸ ἄῤῥεν καὶ θῆλυ παρὰ θεοῖς καὶ τίς ὁ γάμος Suid. T. II. p. 139. Atque ipsum Orphei sive poema sive poematis partem περὶ Διὸς καὶ Ηρας inscriptam, si quis huc referendum putet, haud magnopere errabit, quo Eschenbachius quidem, germanissimus Stoicus, *sacras et allegoricas nuptias sive naturae in producendis rebus operationes traditas esse* iudicat. Similiter Wernsdorfio (Epimetr. ad Pervig. Ven. T. III. 538.) celebratissimus ille ἱερὸς γάμος, aetheris et telluris velut coniugium significare videtur; quem quum Dio Chrys. Orat. XXXVI. p. 453. in mysteriis (ἐν ἀῤῥήτοις τελεταῖς) celebrari scribat, satis magno id argumento est, theologos veteres, fabulae illi, de Jovis et Junonis nuptiis, honestiorem quendam subiecisse sensum. Idque etiam declarat Arnobius adv. Gent. L. V. p. 106. *Istae omnes historiae*, inquit, *quae tibi turpes videntur, atque ad labem pertinere divinam, mysteria in se continent sancta, rationes miras atque altas. Neque enim, quod scriptum est, id significatur, sed allegoricis sensibus et subditivis intelliguntur omnia secretis. Itaque qui dicit cum sua concubuit Jupiter matre, non incestas significat Veneris complexiones, sed Jovem pro pluvia, pro tellure Cererem nominat. Et qui rursus perhibet lascivias eum exercuisse cum filia, nihil de foedis voluptatibus loquitur, sed pro imbris nomine ponit Jovem, in filiae significatione sementem.* Quo loco non praetereundum videtur ap. Schol. Dionysi MSS. ἐν τῷ περὶ Διὸς καὶ κόρης scriptum esse, quod, qui orphicam theologiam pertractatam habet, vulgatae haud dubie praeferet. Nobilissimi autem sunt in eandem sententiam Euripidis et Aeschyli (Alexandrini videlicet, quod virum summum fugiebat) senarii, quos sub uuum conspectum collocavit Valckenarius Diatr. Eurip. c. V. p. 51. Ita fit credibile Chrysippum, quum Orphei fabellas, ut ait Cicero de N. D. I. 15 ad ea vellet accommodare, quae de diis dixisset, ad hanc turpissimae picturae interpretationem esse delapsum. Idque confirmare possumus hoc Scholiastae testimonio ad Hes. Theog. p. 279. *Heins.* Χρύσιππος δέ φησι, ὅτι καθύγρων ὄντων τῶν ὅλων καὶ ὄμβρων καταφερομένων πολλῶν, τὴν τούτων ἔκκρισιν Κρόνον ὠνομάσθαι· quem locum exscripsit Etymol. M. p. 540. 10. Planeque ad magistri sententiam Cornutus stoicus: Ζεὺς παρά τισι Δεὺς λέγεται, ἀπὸ τοῦ δεύειν τὴν γῆν ἢ μεταδιδόναι τοῖς ζῶσι ζωτικῆς ἰκμάδος (v. supra p. 4.) c. II. p. 241. Gal. et ap. Etym. M. 408. 52.

Illi igitur fuerunt illi ἐν ἀποῤῥήτοις λεγόμενοι ἱεροὶ γάμοι Procl. in Tim. I. p. 16. de quibus cum multa saepe quaesita et disputata sint, tamen procul abest, ut

*dines seriemque, ac nonnullorum facinora quaenam, quaeque quorundam ceremoniae atque initiandi ritus et qui rerum aliquarum parentes, effectoresque sint.* Totidem verbis, quot Nonnus, Eudocia, quam pleraque sua ab eo fonte hausisse supra (P. I. p. 13.) coniectura fueram assequutus, nunc Bastii testimonio (ad Gregor. Cor. p. 74.) confirmatum video. Similiter Athenagoras Legat. 24. *Ορφεὺς δὲ καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν πρῶτος ἐξεῦρε καὶ τὰς γενέσεις διεξῆλθε καὶ ὅσα ἑκάστοις πέπρακται εἶπε, καὶ πεπίστευται παρ' αὐτοῖς ἀληθέστερον θεολογεῖν·* Atque hoc idem Philostratus innuere videtur, quum pugnas deorum, ab Homero celebratas, *τὸν Ορφέως τρόπον πεφιλοσοφῆσθαι* affirmat Heroicc. p. 693. Quo loco eorum inconstantiam admirari libet, qui pleraque orphica carmina a veterrimis pythagoreis conscri-

totam quaestionem tractatam censeam. Quale sit illud, intelligi potest ex ingeniosa Himerii interpretatione, qui (Orat. I. 7 — 9. p. 338.) ex primo dei cum natura connubio coelum progeneratum tradit et astra; tum Oceani fatu, Tethyosque conceptu fontes et fluvios editos, deinde herbas et reliquas animantes naturas; post, tertiis nuptiis, hominem in lucem productum, coeli contemplatorem, terrae cultorem futurum. Ecquis vero dubitat, his fomentis hierophantes poetarum commenta praemollivisse, ut non deorum lascivias, sed elementorum congressum et in disparia corpora discidium audire sibi viderentur catechumeni? Nonne sic plane veteris ecclesiae doctores regii vatis amores ad theologiam accommodasse constat? Atque hoc illud esse puto, quod inter signa et symbola, *quibus se in ipsis superstitionibus miseranda hominum turba cognoscat*, M. Firmicus de Err. prof. gentt. p. 441. *Gron.* refert illam gratulationem *χαῖρε νύμφιε, χαῖρε νέον φῶς,* factam haud dubie neophytis quasi novam vitam, novaque foedera auspicantibus. Suidae autem, qui effatum mystarum *Εφυγον κακὸν, εὗρον ἄμεινον,* quod et ab Aeschine puero, matris in sacris faciundis administro s. camillo, pronuntiatum fuisse Demosthenes ait *v. supr.*, Suidae igitur, qui eadem verba in nuptiarum sacris a puero patrimo matrimo proclamata fuisse tradit, fidem se habere negat Taylorus T. I. p. 305. causam interferens, quod Hesychius ceterique solemnitatis indicium omiserint. Id ego contra puto, non potuisse eos tam incuriose scribere *νόμος ἦν Αθήνησι ἀμφιθαλῆ παῖδα — λίκνον ἄρτων παραλαμβάνειν, εἶτα ἐπιλέγειν κ. τ. λ.* omisso solemnitatis nomine. Atque hac data occasione Himerium corrigam Orat. VII. 512. qui, nesciebam cui, sacrorum Mithriacorum perceptionem gratulatus, *φέρε τοίνυν*, inquit, *τῷ βασιλεῖ καὶ τῇ πόλει λόγον ἀντὶ λαμπάδος ἀνάψωμεν. Αττικὸς γὰρ νόμος ὡς μύστας φέρειν κελεύει καὶ δράγματα, ἡμέρου βίου γνωρίσματα.* Quod Wernsdorfius affirmat, *μύστην* et eum posse significare, qui initiet, falsum est; quo eodem errore Ism. Bullialdum duci video ad Theon. Math. p. 217. Lampadis mentione iniecta aperte declaratur, *φῶς* requiri: *νόμος φῶς μύστας κελεύει φέρειν καὶ δράγματα.* Simillimam reperi Luciani medicinam de Astrolog. 22, 225. T. 5 *οὔτ' ἂν δὲ τὴν στείρην τοῦ Διὸς ἀπηγέετο καὶ τοῦ Ηλίου τὰς βολάς.* facilis est emendatio *τὰς βόας.*

pta esse affirmant, Arignote, Cercope, Brontino [26]) atque ipso adeo Pythagora, quem auctores gravissimi docent libero ingenuoque fastidio popu-

26) Huic πέπλον Orphei tribui a quibusdam Suidas refert, cuius elogii videor reddere posse rationem. Damascius περὶ Ἀρχ. T. III. p. 258. post primam triadem Chroni, Aetheris et Chaus (atque Ovi) secundam quandam memorat haud paullo obscuriorem: εἰς δὲ τὴν δευτέραν τελεῖν ἤτοι τὸ κυόμενον καὶ κύον ᾠὸν τὸν θεόν, ἢ τὸν ἀργῆτα χιτῶνα ἢ τὴν νεφέλην, ὅτι ἐκ τούτων ἐκθρώσκει ὁ φάνης· Veteres autem theologos constat admirabilem mundi fabricam cum pictura in textili composuisse. Euseb. de Laud. Const. M. VI. 728. φωσφόρος δ᾽ ἐξάνω λαμπρὰς ἀκτῖνας, σελήνης τε ποικίλον φέγγους, ἄστρων τε συνόδους πολυαυγεῖς, τὸν σύμπαντα οὐρανὸν, οἷον μέγαν πέπλον παντοίαις γραφῆς κάλλεσιν ἐστεφάνωσε. Non minus eleganter Philo de Somn. L. I. p. 94. Vol. V. *ed. Pfeiff.* οὐ μόνον αὐτὴν (τὴν ποικιλτικὴν) ἀλλὰ καὶ τοὔνομα τέθηκα, καὶ μάλισθ᾽ ὅταν εἰς τὰ γῆς τμήματα καὶ τὰς ἐν οὐρανῷ σφαίρας καὶ ζώων καὶ φυτῶν διαφορὰς καὶ τὸ παμποίκιλον ὕφασμα, τουτονὶ τὸν κόσμον, ἀπίδω· eamque imaginem etiam Themist. Or. IX. p. 150. exornavit. Sed quid eos colligam, quum habeam Pherecydem, quem quidam etiam, sententiarum, ut videtur, similitudine inducti, Orphei dogmata collegisse narrant, qui (Fragm. p. 51.) Ζὰς, inquit, ποιεῖ φᾶρος μέγα τε καὶ καλὸν καὶ ἐν αὐτῷ ποικίλλει γῆν τε καὶ ὠγῆνον. Quin in textura pallii sigillati, quod Iasoni obtulit Hypsipyle, veteres critici huius universi formam ac pulcritudinem adumbrari sibi persuaserunt Schol. Apoll. Arg. II. 63. cuius ad similitudinem pulcerrima Demetrii toga signis, luminibusque intertexta erat, χλαμύς, ἔργον ὑπερήφανον, εἴκασμα τοῦ κόσμου καὶ τῶν κατ᾽ οὐρανὸν φαινομένων Plutarch. V. Demetr. p. 909. Sed fortasse suspicari licet, Orpheum nexile quiddam tunicae reticulatae similitudine effinxisse, idque modo χιτῶνα (a χίω *)) modo rete, alias nubeculam appellasse, cuncta complexu suo amnii instar vel peritonaei coercentem. Sic Leucippus, ut Pseudo plutarchus ait, et Democritus χιτῶνα κύκλῳ καὶ ὑμένα περιτιθέντες τῷ κόσμῳ *Placit. Philos.* L. II. 6. p. 515. Galen Hist. Phil. XI. p. 34. T. II. *Charter.* de qua specie Damascius loqui videtur. Itaque Πέπλον et Δίκτυον, quod carmen alii Brontino, alii Zopyro Heracleotae tribuunt, in eodem argumento fuisse dicamus.

27) Quippe *Nexilis ante fuit, quam textile tegmen.* Male Hesychius s. Δρῦς· χιτῶνα παρὰ τὸ κεχύσθαι ἀπομάσθαι, qui mihi a χίω *reticulo, in speciem literae X decusso,* dictus videtur. Inde χιασμοὶ dicuntur in diagrammatis arithmeticis ut ap. Nicomach. Geras. Arithm. I. p. 29. κεχιασμένως in Theologg. Arithm. p. 11. item de alligaturis luxatorum ap. Galen de Fasc XIII. 477. C. XXXI. E. XVI. 484. et saep. (ἐσχιασθέντα XI. 476. D. et σχιάσαντες XLIX. 485. A. LII. D. leviter corrupta sunt, ut χιαζόμεναι ap. Heliodor. de Fasc. XX. D. 524.) Eusebius Vta. Const. XXXI. p. 516. ubi de Labaro; δύο στοιχεῖα, τοῦ χριστοῦ παραδηλοῦντα ὄνομα διὰ τῶν πρώτων ὑπεσήμαινον χαρακτήρων, χιαζομένου τὸ P κατὰ τὸ μεσαίτατον. Eunapius ap. Suid. l. διάμετρος. Ὡς κατά τινας διεμέτρευε κεραίας κεχιᾶσθαι (l. κεχιάσθαι) τὴν γλῶτταν ταῖς ἀντιτύποις συμβολαῖς τῶν ἀκίδων. Cf. Prima Scaligerana p. 72. In rhetorum artificiis quem locum obtineat χιασμός, a Vossio satis explicatum video v. Ernestii Lex. Rhet. gr. p. 387. et Valcken. ad Herodo. IV. 46. nec de criticorum usu aliquid dicendum puto.

larem superstitionem et poetarum commenta respuisse. Aut igitur illos falli necesse est, aut haec aliud quoddam habuisse et honestius argumentum. Plus uno verum esse non potest.

Sed video me, quamvis multa dixerim, tamen ad exitum perducere quaestionem non potuisse; quare hoc, quod reliquum restat, in aliud tempus reservabo. Agebatur autem imprimis hoc, ut solemnia conferendae utriusque Laureae d. XVII. Octobris h. a. philosophiae et artis poeticae Candidatis indicaremus. Harum igitur disciplinarum sectatoribus summae dignitatis insignia offero, eosque ad haec honorifica praestantissimarum artium initiamenta invito. P. P. in Academia Vitebergensi post Fest. Trinitatis MDCCCXII.